



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Indvstria Spiritvalis

Spee, Friedrich von

Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXXIX.

Oratio S. Thomæ de Aquino.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43756

Orationes post Communionem
dicendæ.

Oratio S. Thomæ de Aquino.

GRatias tibi ago Domine sancte
Pater omnipotēs æterne Deus,
qui me peccatorem, indignum fa-
mulum tuū, nullis meis meritis, sed
sola dignatione misericordiæ tuæ
satiare dignatus es pretioso corpore
& sanguine filij tui Domini nostri
Iesu Christi. Et precor, vt hæc sancta
Communio non sit mihi reatus ad
pœnam sed intercessio salutaris ad
veniam. Sit mihi armatura fidei, &
scutum bonæ voluntatis. Sit vitio-
rum meorum euacuatio, concupi-
scentiæ & libidinis exterminatio,
charitatis & patientiæ, humilitatis &
obedienciæ; omniumque virtutum
augmentatio: contra insidias inimi-
corum omnium, tam visibilium,
quàm inuisibilium, firma defensio:
motuum

motuum meorum, tam carnalium,
 quam spiritualium, perfecta quieta-
 tio: in te vno ac vero Deo firma ad-
 hæsiō: atque finis mei felix consum-
 matio. Et precor te, vt ad illud inef-
 fabile conuiuium me peccatorem
 perducere digneris: vbi tu cum Filio
 tuo & Spiritu sancto. Sanctis tuis es
 lux vera, satietas plena, gaudium
 sempiternum, iucunditas consum-
 mata & felicitas perfecta. Per eun-
 dem Christum Dominum nostrum,
 Amen.

Alia Oratio S. Bonauenturae.

TRansfige dulcissime Domine
 Iesu medullas & viscera animæ
 meæ suauissimo ac saluberrimo a-
 moris tui vulnere, vera serenaque &
 Apostolica sanctissima charitate, vt
 langueat & liquefiat anima mea solo
 semper amore & desiderio tui, te
 concupiscat, & deficiat in atria tua,
 cupiat dissolui, & esse tecum. Da, vt
 anima